



I.

Theologia.

323.

- 1 Erasmi paraclesis
- 2 Melancton epitome  
ecclesiastica doctrine
- 3 

---

 loci com-  
munes.
- 4 Erasmi Spongia
- 5 Hutteni expositio  
cum Erasmo

6570/14

# Paracletis.

ID EST, ADHORTATIO AD  
sanctissimum ac saluberrimum  
Christiane philosophie stu  
dium, vt videlicet Euan  
gelicis ac Apostoli  
cis literis legen  
dis, si non sola, sal  
tem prima cura tribua  
tur. Autore DES. ERAS  
MORO TERODAMO.

No 6561 \*

*[Faint, illegible text]*


*[Faint, illegible text]*



AB 154 524

L 39





ERASMI ROTERODAMI PA-  
raclensis, id est, adhortatio ad Chri-  
anae philosophiae studiū



**F**ACTANTIVS ILLE  
Firmianus, optime lector,  
cuius linguam vnice mirat  
Hieronymus, Christianae  
religioni patrocinatur<sup>9</sup> aduersus eth-  
nicos, cum primis optat sibi dari elo-  
quentiam, Tullianae proximam: impro-  
bum ratus, opinor, optasse parem. At  
ego sane, si quid huiusmodi votis pro-  
ficiat, tantisper dum mortales omnes  
ad sanctissimum ac saluberrimum Christi-  
anae philosophiae studium adhortor,  
ac veluti classicum canens euoco, ve-  
hementer optari eloquentiam mihi da-  
ri, longe aliam quam fuerit Ciceroni: si min<sup>9</sup>



**D**ptat  
eloquentiaz  
efficacem.  
**Mercuri⁹**

**Hercules  
Celticus.**

**Marsyas**

**Socra⁹  
tes.**

**Alcibia⁹  
des.**

**Pericles.**

**Thimo⁹  
theus.**

picturatā q̄ fuit illi⁹, certe multo magis effi-  
cacē. Imo si tui vnq̄ talis cōtigit dicēdi vis  
qualem. nō omino sine causa, veterū poe-  
tarū fabulæ subnotarunt in Mercurio, qui  
ceu magica virga, diuinaq̄ cithara somnū  
immittit cū libet, & idē adimit, q̄s vult ad  
īferos īpellens, ac rurs⁹ ab inferis euocās  
aut qualē signarunt in Amphioē Orpheo  
q̄, q̄rū alter rigida mouisse saxa, alter quer-  
cus & ornos traxisse cithara, figit: Aut q̄-  
lē Ogmio suo tribuebant Galli, mortales  
omneis catenulis a lingua in aures infixis  
q̄ vellet circūducenti. Aut qualē Marsyæ  
fabulosa tribuit antiquitas. Aut certe, ne  
nimiū diu fabulis immoremur, qualē So-  
crati tribuit Alcibiades, Pericli vet⁹ comœ-  
dia, quæ nō aures tantū mox peritura vo-  
luptate deliniat, sed q̄ tenaces aculeos re-  
linquat in anis auditorū, quæ rapiat, quæ  
transformet, quæ multo aliū dimittat audi-  
torē q̄ acceperit Thimothe⁹ music⁹ ille no-  
bilis Dorios occinēs modos, Alexandrū  
Magnū ad belli studiū inflamma. e solitus  
legit. Neq̄ defuerūt olim, q̄ precaminib⁹;  
quas Græci vocāt επωδαο, nihī ducerēt

A z

PARACLETIS

*de Epiphonemate li. 5  
cap. 25  
2. mirabilium*

ret efficacius. Quod si quod usque esset huius  
modi gen<sup>9</sup> incantamenti, si qua vis harmo  
niae, quae vix habeat *ενδουσιασμον*, si quae  
Pitho vere flexania, eam mihi cupiam in praesentia  
suppetere, quo rem oim saluberrimam omnibus persuadeam. Quanquam illud potius  
optandum, ut Christus ipse cuius negotium agit. ita citharae nostrae chordas temperet,  
ut haec cantilena penitus afficiat ac moveat animos omnium. Ad quod quidem efficiendum  
nihil opus rhetorum epichorematis, aut epiphonematis. Hoc quod optamus,  
non alia res certius praestet, quam ipsa veritas, cuius quo simplicior, hoc efficacior est oro.

*impeto per latro  
sumus potere  
370  
est me sum*

**Veritatis  
oro quo  
simplicior  
hoc effica  
cior**

*Just  
rio*

Ac primum quidem non libet in praesentia re  
fricare querelam illam. non omnino novam,  
sed heu nimium iustam, & haud scio an unquam  
iustio rem quam hisce temporibus, cum tam ar  
dentibus animis in sua quisque studia mortales  
incubant, hanc unam Christi philosophiam  
a nonnullis etiam Christianis rideri, a plerisque  
negligi, a paucis tractari, sed frigide: non em  
dicam insincere. At in caeteris disciplinis om  
nibus, quas humana perdidit industria, nihil  
est tam abditum ac reclusum, quod non per

*Qu  
tor*  
**Philoso  
phia  
Christi  
neglecta**

A 3 uestigari

DES. ERASMI ROT.

Philoso-  
phorum ge-  
neralium pes-  
simia.

Christi-  
anorum so-  
cordia.

vestigari ingenij sagacitas: nihil tam diffici-  
le, quod non expugnari labor improbus. Qui  
fit autem, ut hanc unam philosophiam, non his  
quibus par est, animis amplectamur, quot  
quot ipso etiam cognomine Christi nomine  
profitemur? Platonici, Pythagorici, Acade-  
mici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicu-  
rei, suae quisque sectae dogmata, cum penitus  
hanc cognita, cum memori tenent, per his digra-  
diant illi, vel emoriturum citius, quam auctoris sui  
patrociniu deferant. At cur non multo magis  
tales animos praestant auctori nostro prae-  
cipue Christo? Quis non vehementer foedum  
censeat Aristotelicam profitemi philosophiam,  
nescire quid vir ille senserit de causis ful-  
minu, de prima materia, de infinito? quae nec  
cognita felicem nec ignorata reddunt infelicem,  
Et nos tot modis initiati, tot sacramentis  
adacti Christo, non foedum ac turpe putamus illi  
nescire dogmata, quae certissima omnibus  
praestant felicitatem? Nam quorsum attinet hic  
contentione rem exaggerare, cum hoc ipsum  
impiae cuiusdam demetiae sit, Christum cum  
Zenone aut Aristotele, & huius doctrinam cum  
illorum, ut modestissime dicam, Praeceptiun-  
culis



cui p̄ferre velle? Affingāt illi suę sectę pri-  
 cipib⁹, quantū possunt, aut quantū liber:  
 Certe sol⁹ hic e celo p̄fectus est doctor: so-  
 lus certa docere potuit, cū sit æterna sapiē-  
 tia: solus salutaria docuit vnicus hūmanæ  
 salutis autor: sol⁹ absolute præstitit, quic-  
 qd vnq̄ docuit, sol⁹ exhibere p̄t, quicqd  
 p̄misit. Ei qd a Chaldæis aut Aegyptiis  
 adferē, id ob hoc ipsum acrius auem⁹ co-  
 gnoscere, qd e peregrio sit orbe deportatū  
 & pretij pars est e longinq̄ venisse, & sepe  
 nūero in somnis homūculi, ne dicā impo-  
 storis, tā anxie distorquemur, nō solū nul-  
 lo fructu, sed magno t̄pis dispendio, vt  
 ne quid addā grauius: tametsi iā hoc ip̄m  
 vt nihil accedat grauissimū est. At q̄ fit, vt  
 huiusmōi cupiditas nō itē Chriianos titil-  
 let animos, quibus p̄suasum est, id qd res  
 est, hāc doctrinā nō ex Aegypto Syriaue,  
 s̄z ex ip̄o venisse celo? Cur nō ita nobiscū  
 cogitam⁹ oēs? nouū & admirabile philoso-  
 phiæ gen⁹ sit oportz, qd vt traderet mor-  
 talib⁹, is qui deus erat, factus est hō: q̄ im-  
 mortalis, fact⁹ est mortāl: q̄ in corde p̄ris  
 erat, sese demisit in t̄ras. Magnū quiddā &

A4 haudquaq̄

**Chustus**

Peregrina placēt  
 In somn-  
 is homin-  
 ulorum  
 distor-  
 que-  
 mur.

E celo ve-  
 nit.  
 Prestan-  
 tia philos-  
 ophie  
 Chustis  
 ne.

8 DES. ERASMI ROT:

haudquaquam triuiale sit, oportet: quicquid illud est, quod ille tam admirandus autor, post tot excellentiuz philosophorum familias, post tot insignes prophetas, doctur<sup>9</sup> aduenerit. Cur non hic pia curiositate singula cognoscim<sup>9</sup> disquirimus, excutim<sup>9</sup>? Presertim cum hoc sapientiae genus, tam eximiū, ut semel stultam reddiderit uniuersam huius mundi sapientiam, ex paucis hisce libris, velut e limpidissimis fontibus, haurire liceat longe minore negotio, quam ex tot voluminibus spinosis et tam immensis, quae inter se pugnantibus interpretum commentarijs, Aristotelicam doctrinam, ut ne addam, quanto maiore cum fructu. Nihil enim hic necesse est, ut tot anxius disciplin<sup>9</sup> nis instruct<sup>9</sup> accedas. Simplex et cuius paratum est viaticum. Tantum fac adferas piū ac promptum animū et in primis simplici puraque praeditū fide. Tamū esto docilis et multum in hac philosophia promouisti. Ipsa suppeditat doctorem spiritum, qui nulli sese lubentius impartit, quam simplicibus animis. Illorum disciplinae, praeterquam quae falsam promittunt felicitatem, multorum ingenia submouent, ipsa videlicet praceptorum difficultate. Hec omnibus

Quibus  
instructū  
oporteat  
esse. qui  
Christia-  
nam phi-  
losophiam  
discere cu-  
piat.

Facilitas  
Christiane  
doctrinae

## PARACLESIS.

9

bus ex æquo sese accōmodat, submittit se  
 paruulus, ad illorū modulū sese attēperat,  
 lacte illos alens, ferens, cōfouens, sustinēs  
 oīa faciens, donec grandescamus in Chō  
 At rursus ita nō deest infimis, vt summis  
 etiā sit admirabilis. Imo quo lōgius in hu  
 ius opes pgressus fueris, hoc lōgius illius  
 maiestate submoueris. Paruis pusilla ē ma  
 gnis plusq̄ maxima. Nullā hęc ætatē, nul  
 lum sexum, nullā fortunā, nullā reijcit cō  
 ditionē. Sol hic non perinde cōmunis, &  
 expositus est omnibus, atq; Christi doctri  
 na. Nō arcet oīno quenq̄, nisi quis semet  
 arceat, ipse sibi inuidēs. Vehemēter enī ab  
 istis dissentio, q̄ nolint ab idiotis legi diui  
 nas literas, in vulgi linguā transsusas, siue  
 q̄si Christus tā inuoluta docuerit, vt vix a  
 pauculis theologis possint intelligi, siue q̄  
 si religiōis Christianę p̄sidiū in hoc sitū  
 sit, si nesciāt. Regum mysteria celare fortas  
 se sati⁹ est, at Christ⁹ sua mysteria q̄ maxie  
 cupit euulgari. Optarim vt omēs mulier  
 culæ legāt euāgeliū, legant Paulinas ep̄as  
 Atq; vtinā hęc in omēs oīm linguas essent  
 transsusas, vt nō solū a Scotis & Hybernis.

Ab idiotis  
 etiam legi  
 debent dis  
 utne literæ

As sed

**Cognitio**

**Theo:**  
logi.  
**Monachi**  
Esse quod  
audiunt.  
Id est. vo:  
cantur.  
Iste audit  
fur. hoc ē.  
vocatur.

sed a Turcis quibus & Saracenis legi cognoscique possint. Primus certe gradus est, ut cum cognoscere. Esto rideret multi, at caperent aliquot. Utinam hinc ad stium aliquid decantet agricola. hinc non nihil ad radios suos modulet textor, huiusmodi fabulis itineris tedium leuet viator. Ex his sint omnia Christianorum omnium colloquia. Tales enim ferme sumus, quales sunt cotidiane nostre confabulationes. Assequatur quisque quod potest, exprimat quisque quod potest. Qui posterior est, non inuideat precedenti, qui prior est, iuvet sequentem, non desperet. Cur professionem omnium communem ad paucos contrahimus? Neque enim consentaneum est, cum baptismus ex aequo communis sit Christianorum omnium, in quo prima Christianae philosophiae professio est, cum sacramenta caetera, denique cum praemium illud immortalitatis ad omnes ex aequo pertineat, sola dogmata, in pauculos istos esse releganda, quos hodie vulgus theologos aut monachos vocat, quos ipso tempore, tametsi minima quaevis portio sunt ad populum Christiani nominis, tamen hos inquam ipsos optarim maiorem in modum esse quod audiunt.

**Vereor**

## PARACLESIS.

11

Vereor em̄ ne int̄ Theologos rep̄ire liceat,  
 qui multū absint a suo titulo, hoc est, qui  
 terrena loquant̄ nō diuina: & inter mona-  
 chos, qui Christi paupertatē & mūdi cō-  
 temptū p̄fitentur, plusq̄ mūdum rep̄ias.  
 Is mihi vere Theologus est, qui nō syllo-  
 gism̄ arte p̄ortis, sed affectu, s̄z ip̄o vultu  
 atq̄ oculis, sed ipsa vita doceat asp̄nādas  
 opes: Christiano nō esse fidendū hui⁹ mū-  
 di p̄æsidijs, sed totū oportere pendere de  
 cœlo, nō esse retaliandā iniuriā, bene p̄e-  
 candū male p̄ecantib⁹, bene merendum  
 de male merentib⁹: bonos om̄es velut eius-  
 dem corp̄is membra diligendos ac fouen-  
 dos ex æq̄: malos tolerādos, si corrigi ne-  
 queant: qui suis exuunt̄ bonis, qui depel-  
 lunt̄ possessionib⁹, qui lugent hos beatos  
 esse nō deplorandos: mortē optandā etiā  
 p̄hs, vt quæ nihil sit aliud q̄ traiect⁹ ad im-  
 mortalitatē: hæc inq̄ & huiusmōi, si quis  
 afflatus spiritu Ch̄ri p̄ædicet, iculcet, ad  
 hæc hortet̄, inuitet, aniet, is demū v̄e theo-  
 log⁹ ē, etiā si fossor fuerit aut textor. Hæc  
 sigs & ip̄is p̄æstet morib⁹, is deniq̄ mag-  
 nus est doctor. Qua rōne intelligāt angeli,  
 fortasse

Vere  
Theo-  
logus.

Magnus  
doctor.

Dignus  
 Theologi  
 Christiani  
 ni.  
 Christi  
 doctrinae  
 crassam  
 vocant  
 et idioti-  
 cam.

Apostoli  
 subtilita-  
 tes non do-  
 cuerunt.

fortasse subtili<sup>9</sup> differat alius, vel non Chri-  
 stianus, at illud persuadere, ut hic puri ad om-  
 bus inquinamentis vitam exigamus ange-  
 licam, id demum Christiani theologi munus  
 est. Quod si quis obstrepet, haec esse crassula.  
 & idiotica, nihil aliud huic responderim,  
 nisi quod haec crassa Christus praecipue docuit.  
 haec inculcat apostoli, haec quantumvis idio-  
 tica, tot germane Christianos, tot insignium  
 martyrum examina nobis perdidit. Haec  
 inquam illiterata, ut ipsis videtur, philosophia  
 sumos orbis principes, tot regna, tot gentes,  
 in suas pertraxit leges, id quod nulla Tyran-  
 norum vis, nulla philosophorum poterat eru-  
 ditio. Neque vero repugno, quo minus sapien-  
 tiam istam, si videtur, loquantur inter perfe-  
 ctos. At hoc certe nomine consoletur sese hu-  
 mile Christianorum vulgus, quod istas subti-  
 litates, an sciuerint apostoli, viderint alii, cer-  
 te non docuerunt. Haec inquam plebeia, si praes-  
 tarent pro sua sorte principes, si in concioni-  
 bus inculcarerent sacerdotes, si pueris instillarerent  
 ludimagistri potentius quam erudita illa, ex Aristo-  
 telis & Averrois de prompta fontibus, non sic  
 perpetuis pene bellis tumultuarentur undique  
 res

res Christiana, nō tā in sano studio, p̄phas  
 nephas q̄ cōgerendi diuitias feruerēt oīa,  
 non tot litib⁹ vbiq̄ p̄streperēt sacra parili-  
 ter ac p̄phana. Deniq̄ nō titulo tantum &  
 ceremonijs differrem⁹ ab hīs q̄ Christi phi-  
 losophiā non profitentur. Siquidē in his  
 tribus hominū ordinibus præcipue sitū  
 est Christianæ religiōis vel instaurationē v<sup>t</sup>  
 augēdæ negociū, in principib⁹, & qui ho-  
 rū gerūt vices magistratibus: in episcopis  
 et horū vicarijs, sacerdotibus: & in hīs q̄ pri-  
 mā illam ætatem ad oīa sequacem, institu-  
 unt. Quos si omisso suo negotio cōtingat  
 ex animo cōspirare in Christum, nimirū  
 videremus haud ita multis annis verū q̄d-  
 dam, vt et Paul⁹ inquit, *γνησιον* Christia-  
 norū genus passim emergere, q̄d Christi  
 philosophiā, nō ceremonijs tantū, & pro-  
 positiōib⁹, sed i p̄o pectore, totaq̄ vita refer-  
 ret. His armis lōge citius pellicerentur ad  
 Chri fidē, Chriani nomis hostes q̄ nimis,  
 aut armis. Vt omīa iungamus præsidia, ni-  
 hil ip̄ta veritate potētius. Platonis nō est  
 q̄ Platonis libros nō legerit, & Theolog⁹  
 est, nō mō Christianus qui Christi literas  
 non

Principes

Episcopi  
Zudimas  
gistr:*γνησιον*  
id est. ger-  
manum.  
hoc est.  
verum.

Veritas.

nō legerit? Qui diligit, iquit, me, s̄mones  
 meos seruat hāc ip̄e notā pr̄scripsit. Pro  
 inde si vere ex an̄io sumus Ch̄riani, si vere  
 credim⁹ illū e cœlo missum, vt ea nos do  
 ceret, quæ philosophorū sapiētia nō pote  
 rat: si vere exspectam⁹ ab eo, qđ nulli pri  
 cipes, quantūuis opulenti donare queūt:  
 cur est nobis quicq̄ hui⁹ literis antiqui⁹?  
 Cur om̄ino quicq̄ videt̄ eruditum, quod  
 ab hui⁹ decretis dissidet? Cur in his adorā  
 dis literis, idē, ac pene dixerim plus, nob̄  
 pmittimus q̄ in Cæsareis legib⁹, aut me  
 dicorū libris, sibi pmittūt interpretes pro  
 phani? vt p̄inde quasi in re ludicra verse  
 mur: ita quicquid in buccā venerit, com  
 mentemur, detorqueamus, inuoluamus.  
 Cœlestia dogmata, ceu Lydiā regulam, ad  
 nostrā pertrahimus vitā: & dum omnib⁹  
 modis fugimus, ne parum m̄sta scisse vi  
 deamur quicquid v̄iquā est p̄phanarum  
 literarū huc cōuehentes, id qđ est in Ch̄ri  
 ana philosophia pr̄cipuū, non dicā cor  
 rūpimus: sed, quod negari non potest, ad  
 paucos hoīes cōtrahimus rem, qua Ch̄s  
 nihil voluit esse communius. Hoc Philo  
 sophiæ

**Temeritas** quo  
 nundam.  
**Philosofia** chri  
 stiana qui  
 bus in res  
 bus et  
 quid



## PARACLESIS.

15

Sophiae gen<sup>9</sup> in affectibus sitū verius, q̄ in  
 syllogismis, vita mag<sup>9</sup> ē q̄ disputatio, affla-  
 tus poti<sup>9</sup> q̄ eruditio, trāformatio magis q̄  
 ratio. Doctos esse, vix pauc<sup>9</sup> p̄tigit: at n̄li  
 nō licet esse Ch̄rianū, nulli nō licet esse piū:  
 addā audacter illd̄, nulli nō licet esse Theo-  
 logū. Iam facile descēdit in animos oīm,  
 quod maxime secundū naturam est. Quid  
 aut̄ aliud est Christi philosophia, quā ip̄e  
 renascentiā vocat, q̄ instauratione bene con-  
 ditae naturae? Proinde quāq̄ nemo tradidit  
 haec absoulti<sup>9</sup>, nemo efficacius q̄ Christ<sup>9</sup>,  
 tamē p̄ multa reperire licet in ethnicorū  
 libris, quae cū huius doctrina cōsentiant.  
 Nulla fuit vnquā tā crassa factio philoso-  
 phiae, quae docuerit pecuniā, hoīez reddere  
 felicē: nulla tā impudēs, quae in vulgarib<sup>9</sup>  
 istis honorib<sup>9</sup> aut voluptatib<sup>9</sup> finem boni  
 p̄stituerit. Viderūt Stoici, neminē esse sa-  
 pientē, nisi bonū vig<sup>9</sup>: viderūt, nihil esse ve-  
 re bonū aut honestū, prāter verā virtutē:  
 nihil horrendū aut malū, prāter vnā tur-  
 pitudinē. Iniuriā nō esse p̄sandā iniuria,  
 multis mōis ap̄ Platonē docz Socrates:  
 itē cū immortalis sit aīa, nō esse deplorādos.  
 qui

Philoso-  
 phia Chri-  
 sti. Instau-  
 ratio be-  
 ne cōditae  
 naturae.  
 Ethnici.

Stoici

Socrates

Aristoteles.

Epicurus.

Christi  
Decreta  
Christi  
pro obso-  
letis ha-  
bemus.  
Nec ar-  
gutu faci-  
unt at no

Christus  
sum.

q̄ cū fiducia bene actæ vitæ hinc demigrat  
in vitā feliciorē: præterea animā omnibus  
modis abducendā ab affectibus corporis,  
& ad ea traducendā, quæ vere sunt, cū non  
videantur. Nullā rem nobis suaue esse pos-  
se, quæ non aliquo modo contemnatur, in  
politicis scripsit Aristoteles, vna virtute  
excepta. Nihil in vita homī suaue esse pos-  
se, nisi adsit animus nulli⁹ mali sibi cōsci⁹  
unde ceu fōte scatet vera voluptas, fateē &  
Epicurus. Quid q̄d magnā hui⁹ doctrinæ  
partē præstiterē nō pauci, p̄cipue Socrates  
Diogenes, & Epictetus? At eadē cū tanto  
pleni⁹ & docuerit & præstiterit Ch̄rus an  
nō pdignū sise, hæc a Ch̄ranis vel ignorati  
vel negligi, vel etiā rideri? Si sunt quæ p̄-  
pius pertinent ad Christianismū, his anti-  
quatis, illa seq̄mur: sin hæc sola sunt quæ  
vere Christianū possint efficere, cur hæc p̄-  
p̄modū magis p̄ obsoletis & abrogatis  
habemus, q̄ libros Mosaicos? Primū autē  
est scire q̄d docuerit, proximū est præsta-  
re. Neq̄ em̄ ob id opinor, quis q̄ sibi Chri-  
stian⁹ esse videat, si spinosa, molestaq̄ ver-  
borū perplexitate, de instantib⁹, de relatio-  
nibus

nibus, de quidditatibus ac formalitatibus disputet: sed si quod Christus docuit & exhibuit, id teneat exprimatque. Non quod homo studiū damnē, qui in argutis huiusmodi non sine laude exercuerūt ingenij sui vires: noli enim offendi quenquam, sed quod existimem, & vere, ni fallor, existimo, purā ac germanam illā Christi philosophiā, non aliunde feliciter hauriri, quā ex Euāgelicis libris, quā ex Apſticis lris, in quibus si quis pie philosophet, orans magis quā argumentās, & transformari studēs Potius quā armari, is nimirū cōperiet nihil esse quod ad hominis felicitatē, nihil quod ad vllā huius vitæ functionē pertineat, quod in his non sit traditum, discussum, & absolutū. Siue quid discere cupimus, cur alius autor magis placet quā ipse Christus? Siue viuendi formā requirimus, cur aliud nobis prius est exemplū, quā Archetypus ipse Christus? Siue pharmacū aliquod aduersus molestas animi cupiditates desideramus, cur alibi putamus remedium esse præsentius? siue cupimus residē ac languelcentē animū expergefocere lectione,

**B** quæso

Ex euang  
gelicis & a  
postolicis  
lris ger  
mana  
Christi  
philoso  
phia felic  
issime  
hauritur

Utilitas.

Scire  
 hominū.  
 Christus  
 nō minus  
 nobis pre  
 sens est in  
 euangeli  
 cis literis  
 q̄m cū uiue  
 ret.

quæso ubi repias igniculos æque uiuos  
 & efficaces? Siue uisū est animū ab hui⁹ vi  
 tæ molestiis auocare, cur aliæ magis placēt  
 deliciae? Cur statim malumus ex hoim li  
 teris, Chri sapientiā discere q̄ ex ip̄o Chri  
 sto? qui quod pollicitus est se sp̄ nobiscū  
 fore usq; ad p̄sumptionē seculi, in his li  
 teris præcipue præstat, in quib⁹ nobis etiā  
 nū uiuit, spirat, loquit̄, pene dixerim effi  
 caci⁹, q̄ cū inter homies uersaret̄. Minus  
 uidebant, minus audiebāt Iudæi, q̄ tu ui  
 des & audis in Euangelicis literis, tantū ut  
 oculos & aures adferas, quib⁹ ille cerni &  
 audiri possit. Quid tandē hoc rei est? Lite  
 ras ab amiculo scriptas, seruam⁹, exoscula  
 mur, circūferim⁹, iterū atq; iterum relegi  
 m⁹: & tot sunt milia Christianorū, qui cū  
 alioqui docti sint, Euāgelicos & Aposto  
 licos libros, ne legerint quidē vnq; in omī  
 uita. Mahumetæi sua tenet dogmata, Iudæi  
 & hodie ab ip̄is cunabul⁹ suū ediscūt Mo  
 sen. Cur nos nō idē præstamus Christo?  
 Qui Benedicti profitenē institutū, regu  
 lā ab hoīe, eoq; pena ideora, & identis scri  
 ptam

ptā, tenent, ediscunt, imbibūt. Qui Augustiniani sunt ordinis, autorū sui regulā callet. Franciscani Frāncisci sui tradiciūculas adorant, amplectunt, & quoquo terrarū se contulerint, secū circūferunt, tutos se non credūt, nisi libell⁹ adsit in sinu. Cur ille pl⁹ tribuūt regulæ ab hoīe scriptæ, q̄ vniuersi Christiani sue regulæ, quam omibus tradidit Christus, quā omēs ex æquo p̄fessi sunt in baptismo? Deniq; qua (vt sexcētas etiā addas) nulla possit esse sanctior? Acq; utinā fiat, vt quēadmodū Paulus scripsit, Mosi legem nō fuisse gloriosam præ gloria succedētis Euāgelij, ita Christianis omibus Euāgelia & Apostolorū literæ ita sanctæ habeant, vt hæc præ illis non videant esse sancta. Quid Alberto magno, qd Alexandro, quid Thome, qd Aegidio, quid Ricardo, quid Occā alij velint tribuere, p̄ me sane cuiq; liberū erit: nolim em̄ cuiusquā imminuere gloriā, aut cū inueteratis iam hominū studijs dimicare. Sint illa quantūuis erudita, quantūuis subtilia quantūuis si velint seraphica, hæc tñ certissima fateā

B. z. cur

Thomice

Deusi

Pill vobis

Theologia  
gia. recēsa

Ab autos  
re.

tur oportet. Paul<sup>9</sup> dñjudicari vult spūs p<sup>9</sup>  
phetarū, num ex deo sint. Augustin<sup>9</sup> omēs  
oīm libros cum iudicio legēs, nihilo plus  
iur<sup>9</sup> postulat & suis. In his solis lris, & qđ  
nō assequor, tamē adoro. Hūc autorē no<sup>9</sup>  
bis nō schola Theologorū, sed ipse p<sup>9</sup> cœ<sup>9</sup>  
lestis, diuinæ vocis testimonio p<sup>9</sup>robauit,  
idēq<sup>9</sup> bis, primū ad Iordanē in baptismo,  
deinde in mōte Thabor in trāsfiguratiōe:  
Hic, inquit, est fili<sup>9</sup> meus dilectus, in quo  
mihi cōplacitū est, ipsum audite. O soli<sup>9</sup>  
dam autoritatē, vereq<sup>9</sup> ( vt isti vocāt ) irre<sup>9</sup>  
fragabilē. Quid est ipsum audite? Nimis,  
hic vnic<sup>9</sup> est doctor, hui<sup>9</sup> vnus discipuli si<sup>9</sup>  
tis. Attollat studijs suū quisq<sup>9</sup> quantū vo<sup>9</sup>  
let autorē, hoc de vno citra exceptionē di<sup>9</sup>  
ctū est Christo. In hunc primū descendit  
columba, paterni testimonij cōprobatix,  
**Petrus.** Hui<sup>9</sup> spiritū proxie refert Petr<sup>9</sup>, cui sum<sup>9</sup>  
mus ille pastor oues suas semel iteq<sup>9</sup> ac ter<sup>9</sup>  
tio pascēdas cōmisit, pascendas autē haud  
dubiū quin Christianæ doctrinæ pabulo  
**Paulus.** Hic in Paulo veluti renat<sup>9</sup> est, quē ipse vo<sup>9</sup>  
cauit organū electū, & insignū sc<sup>9</sup> nomis  
preconē

precon. Ioānes quod e sacra sancto illo pe-  
 ctoris fonte hauſerat, id ſuis expreſſit lris,  
 Quid quæſo ſimile in Scoto (nolim id cō-  
 tumeliæ cauſa dictū videri) quid ſimile in  
 Choma? Quanq̄ illius ingeniū admiror,  
 huius etiā veneror ſanctimoniā. Cur non  
 in hiſ tātis autorib⁹ philoſophamur oēs?  
 Quin hoſ ſinu circūferim⁹, hoſ ſp̄ habe-  
 mus in manib⁹, quin in hiſ venamur, ſcru-  
 tamur, diſquirim⁹ aſſidue? Cur maior vitę  
 portio dat̄ Auerroi, q̄ Euāgelij? Cur tota  
 pene ætas in hoīm decretis, & inter ſe pu-  
 gnantib⁹ opinionibus conteriūt? Iam vero  
 ſint illa ſane, ſi libet, ſublimiū Theologorū  
 At i hiſ certe ſit futuri quōdā magni The-  
 ologi tyrociniū Quotq̄t in baptiſmo iura-  
 uimus in verba Chriſti: ſi tñ ex animo iu-  
 rauimus: mox inter ipſoſ parentū cōple-  
 xus, & nutricū blāditias, Chriſti dogma-  
 tiſ i buamur. Nā & altiffime inſidet, & te-  
 naciffime hæret, qđ primū rudis illa ani-  
 mi teſtina cōbiberit. Chēm priā ſonet bal-  
 buties, ex hui⁹ euangelijs prima formetur  
 infantia: quē ita cū Primis tradi cupiam,

Ioannes

Scotus

Thomas

Chriſti  
dogmatiſ  
imbuenda  
puerl.

B 3 vt &amp;

22 DES. ERASMI ROT.

**Litere  
humane.**

**Omne.**

**In has  
transfor-  
memur.**

**In euan-  
gelicis et  
apostoli-  
cis literis  
spirās est  
et vna  
Christi  
imago.**

vt & a pueris amēt. In his deinde versent  
studijs, donec tacitis auctib⁹ adolescant in  
virū robustū in Christo. Aliorū literæ sūt  
eiusmōi, vt nō parū multos pœnituerit,  
insumptæ in illis operæ: ac sepe numero  
fit, vt qui p̄ omnē vitam pro tuendis illag  
decretis ad mortem! vsq; depugnarunt,  
in ip̄a morte ab autor; sui factiōe desciscāt  
At felix ille quē in hisce literis meditantē  
mors occupat. Has igiēt toto pectore sitia-  
mus oēs, has āplectamur, ī his iugitē versē-  
mur, has exosculemur, his demū imoria-  
mur, in has transformemur, quādoquidē  
abeūt studia in mores. Qui cōsequi nō po-  
test (quis aut id non potest, si modo velit)  
is saltē adoret hasce literas, ceu thecam il-  
lius diuini pectoris. Si quis ostēdat Chri  
pedibus ip̄pressum vestigiū, q̄ procumbi-  
mus Chriani, q̄ adoramus? At cur nō po-  
tius viuā illi⁹ & spirantē imaginē in hisce  
veneramur libris? Si qs Chri tunicā exhi-  
beat, quo non terrarū puolaturi simus, vt  
eā osculari liceat? Atqui vt totā illius sup-  
pellectilē p̄feras, nihil erit, quod Christū  
expressius



## PARACLESIS.

23

expressius ac verius representet, q̄ Euāge-  
licæ l̄rę. Ligneā aut saxeā statuā, amore  
Christi, gēmis auroq; decoramus. Quin  
hæc poti⁹ auro gēmisq; & si quid his p̄ti-  
osius, insigniunt, quæ tanto præsentius  
Christū nobis referunt, q̄ vlla imagūcula.  
Siquidē illa, quid aliud q̄ corporis figurā  
exprimit, si tamen illius quicq; exprimit:  
at hæ tibi sacrosanctæ mentis illius vivā  
referunt imaginē, ipsumq; Christum lo-  
quentē, sanantē, morientē, resurgentem,  
deniq; totum ita præsentē reddunt, vt mi-  
nus visurus sis, si coram oculis cōspicias.

*Quarta  
evangelii  
autem q̄  
venerat  
gines.*  
Evangelio  
ce litera.

PARACLESEOS, ID, EST AD  
HORTATIONIS AD CHRIS-  
TIANAE PHILOSO-  
PHIAE STUDIVM,  
FINIS.



ERPHORDIE APVD MAT,  
TEVMMALER MEN,  
SE OCTOBER.  
ANNO M.D.  
XIX.





154 524

(X 227 0207)

AB: 154 524





6570/14

# Paraclesis.

ID EST, ADHORTATIO AD  
sanctissimum ac saluberrimum  
Christiane philosophie stu-  
dium, vt videlicet Euan-  
gelicis ac Apostoli-  
cis literis legen-  
dis, si non sola, sal-  
tem prima cura tribua-  
tur. Autore DES. ERAS-  
MORO TERODAMO.

No 6561 \*

